

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Bellum ai
cum uariis

Euidenter apparet nimium copiosos exercitus magis propria multitudine quam hostium uirtute depressos. Nam pluribus casibus subiacet amplior multitudo in itineribus pro mole sua semper est tardior; in longiore autem agmine et iam a paucis superuentum adsolet pati. Quod si casu acies uerterint tergum, necesse est multos cadere de multis et ideo ueteres qui remedia difficultatum experimentis didicerant, non tam numerosos quam eruditos exercitus habere uoluerunt.

Vegecius ibidem capitulo I.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

si] in *add.* V¹ V² L¹ L²; uerterint] uerterent B, verterit P V¹ V² L¹ L²; experimentis] experimentum P V¹, experimento V² L¹ L²; didicerant] didicerunt P V¹ V² L¹ L²; numerosos] uniuersos B; uoluerunt] uoluerint M; Vegecius *om.* P V¹ V² L¹ L²